High and excellent lord, you will remember the misfortune by wich the high and illustrious Georgius Stephanus, late prince of Moldavia, did some years since fall under the displeasure of our friend, the most high and mghty Emperour, your master, whereby after the losse of his estate and dignity he became exposed to extreame distresse and misery, in wich he still remaines, an object of the utmost compassion of souveraignes and princes. In this cause it is Wee have throught good by our own letters and more at large by our ambassador there, our good cousin the earle of Winchelsea, to recommende him to the grace and pardon of the high and mighty Emperour, your master, for his restauration to his principality, as an act most becoming His Imperiall clemency and goodnesse, desiring the concurrence of your best offices in this charitable suite, in wich besides the obligation you will lay on Us, wich Wee shall esteeme very particularly from you, you will doe an act of greatest generosity to this unhappy prince, who will most certainly upon all occasions make those just returnes of gratitude and service you can expect, and this you will receive more at large from our ambassador, whom Wee have commanded more particularly as there shall be occasion to sollicit your favour and assistance in this matter, wich Wee againe very heartly recommende to you, assuring you of the perfect sense Wee have of your affection and good offices towards Us and the common peace and correspondency subsisting between Us and the most high and mighty Emperour, wich Wee resolve by all meanes to preserve firme and inviolable. And soe Wee bid you fare well. Given at Our Court of Whittehale, the 15th day of Jun, in the 18th year of our reigne, and of the incarnation of our Lord 1666.

Your affectionate frind
Charles Rex.

Carolus Secundus D. g. Angliae, Scotiae, Franciae et Hyberniae rex, fidei defensor, etc. Summo et Potentissimo imperatori Sultano

Mahomet, supremo domino et dominatori regni musulmanici, soli supremoque monarchae imperii orientalis, salutem. Summe potentissimeque imperator! Georgius Stephanus, non ita pridem Moldaviae princeps, bonus noster amicus, nos informari curavit de infortunio ipsius, quod aliquot abhinc annis ex gratia vestra ceciderit, quoinde e possessione dicti sui principatus eiectus et consequenter ad extremam miseriam redactus, quam adhucnum patitur, nostram in ipsius favorem requisivit mediationem. Quapropter, considerantes compassionem quam gerimus erga ipsius miserum statum, recordantesque quantum intersit principi conservare a contemptu et egestate eos qui et ipsi antehac illo fuerunt ornati charactere, non potuimus deesse ipsius desiderio. Proinde legato nostro extraordinario in aula vestra, perquam fideli et perdilecto consanguineo nostro comiti de Winchelsey in mandatis dedimus ut nomine nostro veniam pro dicto infortunato principe imploret, qui felicitatem suam in favorem nostrum locat atque per illum solum ad restaurationem status sui dignitatisque aspirat, qui semper in demerenda hanc *(sic)* gratia quam pro ipso rogamus impendere spondet. Legatum nostrum haec omnia largius exponere iussimus, quem non solum in hoc, sed aliis etiam in negotiis iniunctis a nobis ipsi patienter audire et plenam adhibere ipsis verbis fidem digneris, tum vero maxime cum te de inviolata nostra amicitia et affectione certiorem reddit. Quod reliquum est, te, Summe et Potentissime imperator, quam optime valere iubemus. Dabantur in aula nostra Whitehall, die 5-ta iunii, anno 18-o nostri regni et Incarnationis Domini Nostri 1666.

Vester summopere addictissimus amicus
C. R.

Celsissime et Illustrissime princeps,

Litteras quibuscum Celsitudo Vestra honorare me dignata est ab ablegato Celsitudinis Vestrae extraordinario, viro illustri et nobilissimo, domino colonello Nakolovitz, ea non tantum qua par est reverentia accepi, sed etiam ex iisdem maximo cum dolore percepi Celsitudinem Vestram adhucnum cogi exteris in oris (principatu suo violenter exuta) haerere, percepi; de restauratione, tamen, mediantibus et intercedentibus christianis regibus et principibus nullatenus desperare in eumque finem praedictum dominum Nakoloviz huc misisse, auxilium consiliumque meum in procuranda intercessione Serenissimi et Potentissimi Angliae



regis gratiose a me requirens. Mihi maximopere gratulabar de tam opportuna occasione humiliter demonstrandae promptitudinis meae erga Celsitudinem Vestram deque effectu desiderii Celsitudinis Vestrae tanto minus dubitabam, cum manifestum sit altissime memoratum Serenissimum et Potentissimum Angliae regem antehac quoque exsulis gloriosissimi exemplum extitisse, iam vero, divina favente gratia, domi et foras, cumprimis a[utem] apud Portam Ottomannicam, plurimum potere, proinde dignissimum ad Celsitudinis Vestrae restaurationem lubens instrumentum esse posse.

Infinitis quidem (ut verum fatear) publicis negotiis sub adventu dicti domini Nakoloviz fui impeditus, nihilominus tamen in aula hac tempore et locis convenientibus nullatenus defui officiosissime, desiderio Celsitudinis Vestrae operamque dedi ut non tantum litterae intercessionis ad Portam Ottomanicam quantocius expedirentur, sed etiam Celsitudini Vestrae subsidio (quod propter praesens pretiosissimum bellum, minus optatu fuit) nummorum subvenietur.

Necessitati insuper dicti domini colonelli pro expediendis negociis, coëmendis necessariis atque de occasione ad reditum in quantum licuit secura providi, spe fretus illum brevi optatam expeditionem Celsitudini Vestrae apportaturum; quem summopere rogavi ut Celsitudinem Vestram de humili promptitudine mea in quocunque officiorum genere certam reddat.

Quod reliquum est, Celsitudinem Vestram cum tota illustrissima familia divinae protectioni commendo, reditum ad principatum statusque suos cum omni felicitate corditus exopto, tanquam,

Celsissime et Illustrissime princeps,
Celsitudinis Vestrae,

....
Johan Leyenbergh.

Dabantur Londini, die 1-ma iulii 1666.

La această scrisoare trebuie să se rapoarte intervenția, nedatată, către regele Suediei pentru ca el să stăruie pe lângă verii săi regali din Anglia și din Franța (Hurmuzaki, IX[1], pp. 251—252, No. CCCXLIV).

Cum afacerea nu aveà urmare, la 17 Octomvre 1666, Gheorghe Ștefan scrie regelui Suediei și reginei, prin Nicolae Spătarul Milescu, pentru a cere să i se crească ajutorul bănesc

ce primià (*ibid*., pp. 243—244, No. CCCXXXIV—V). Se vor fi pierdut și altele. A scăpat însă aceasta, adresată, cred, contelui Brahe:

Excellentissime domine comes, domine ac fautor colendissime,

Posteaquam ad Potentissimam Aulam Serenissimi regis, domini nostri clementissimi, generosum dominum baronem Nicolaum Spatarium ablegavi, Vestram quoque Excellentiam, fautorem mihi benignissimum, litteris meis interpellare decrevi, obnixe atque officiose orans ut ipsa, me pristino semper favore amplectens, benigne allaborare dignetur de persolutione salarii et traditione praedii promissi, quod S. R. Maiestas totusque Eius inclytus senatus sancte mihi promiserunt. Nunc siquidem plane sustentationis media mihi deficiunt. Nam vix medium unius anni salarium a decurso atque currenti anno exorare valui. Praeterea quoque, multo aere alieno obrutus, accrescentibus usuris adeo accumulor, ut cum maximo pignorum meorum periculo nomina mea delere nequeam. Ceterum submisse ab Excellentia Vestra rogo quatenus praesentium exhibitorem non solum benigne admittere, verum etiam exponendi fidem adhibere ne gravetur. Quod reliquum est, Excellentiam Vestram divinae tutela[e] intime commendo, permanens

Excellentiae Vestrae obligatissimus servus
Georgius Stephanus, princeps Moldaviae.
Ghiorghie Ștefan Voevoda.

Scrisoarea, de o altă grafie, pare datorită lui Milescu, al cărui autograf l-am ave deci.

In Maiu 1667 pribeagul se arătà desperat: nu mai are bani, a amanetat totul, i se oprește pensia, comandantul cetății ar vreà să-l scoată pentru a-l mutà într'o «casă nesănătoasă», unde n'ar puteà trăì opt zile. «In viața noastră n'am fost primiți și tratați ca aici de căpitanul castelului, încât am vreà mai curând să fim supt pământ» (Hurmuzaki, IX, p. 249). Ar trebuì căutate în Arhive rapoartele căpitanului. Milescu plecă la Paris pentru o nouă cerere către Ludovic al XIV-lea (*ibid.*, *Suppl.* I, pp. 249—255. Pentru legăturile cu Electorul de Brandenburg, Papiu Ilarian, *Tesaur* III, p. 79 și urm.; Haag, în *Baltische Studien*, XXXI, 1881, pp. 157—162; Hurmuzaki, X, pp. IV-VII).

Indată după aceia nenorocitul, care-și pierduse acum toate speranțele, murià, în dureroasele condiții pe care pe manuscriptul din Blaj le însemnă Antonie, călugărul din Moldovița. Ștefania Mihailova, care și până atunci scrisese, cum se vede din corespondența saxonă, la toate fețele luminate, ca «Doamnă a Moldovei», se adresează și către Curtea Suediei cu cele două scrisori din 1668, dintre care una, arătând că se cer rămășițele Domnului mort, pentru a le înmormântà la Cașin, de fratele lui, Vasile Ceaurul, a fost tipărită în Hurmuzaki, IX, p. 252, No. CCCXLV. Iscălitura e, firește, «Stephana Michaelova», nu «Michaelona», și dedesupt stă, în litere chirilice: «Ștefana Mihailova».

E inedită această scrisoare rusească fără dată, a aceleia care pe urmă, trecând în Rusia, a visat de tronul muscălesc:

Ꙗ ѹбогаꙗ и неизнаꙗ ѹдова стефанида михаиловна позосталаѧ ѡт мѹжа моего стефан водь землѣ молдавскои ѹдаю сꙗ подскридла и подоборонѹ вашеи велможности пн҃а пн҃а моего милостивого, вспомнивши ѧ бѣднаꙗ ѹдова надавнѹю благодѣтель походıачѹю ѡт природнои благостыни твоеи ѹпадаю сплачем доногъ влшеи панской милости просѧчи и милосердне а҆бьст мıа ꙗко ѿны милосердны ѿць которого во евангелий ѿписѹеть в зачалѣ. о҃. ѳ. и҃ сн҃а своего роспѹстнонаго и ѹбогого: о҃познал любото ѿны был вненази и в видѣ такь ꙗкь ѧ понезостаю под протекцие велико гсдрꙗ, прето ты ѡтче познай мене ꙗко же блѹднаго сн҃а и прїми мѧ ꙗко едного ѡт наемникъ твоих; покажи милость а҆бым благих твоихь неѡтпала; южто въ всемилостивыї любото так изволиль мѹжа моего взꙗти, а мнѣ нендзѹи бѣдѹ по смерти его дал ми терпѣти: там з наважденꙗ диꙗволскаго и позлости людй землѣ то мѹсилом ѹси мои набытки и вси маетки ѿным людꙗм ѿставить; боꙗчисѧ ѿпꙗт абы мꙗ зусвѣта не зладили мѹсилам брата моего взавши з собою и бѣгсти под протекцию великаго гсдрꙗ, слышачи на благочестие и многѹю его милость походѧчѹю до иных людей, прето ꙗ ѹквапившисѧ на милосердного заѣхалам на москвѹ, аж вижѹ же мое щасте ереминилосꙗ внещасте, иж и тѹт на великѹю мою бѣдѹ и фрасѹнокь пришла: сижѹ власне ꙗкь в" тѹрмѣ и немаю чимсѧ контетовате, аще исстве просвѣтишь

свѣть и аще нетыми ȣтолишъ риданиє слез моих покажи благосердиеи плач мои врадост протвори и приторни мꙗ ꙗко ѡтць чадȣ своє и извол ми на рекь югерт ї҆акӥ ȣказать, а ꙗ за многȣю благодѣтел повинна бȣдȣ покижива гсдавга благат за велможность вашеи панскѻ҃ милости п҃на п҃на и благодѣтелꙗ моєго, затым болшей неширȣ словъ моихъ тылко под крѣпкȣю твою десницȣ, азъ ȣвоꙗс раба твоꙗ неимѣючаѧ где главы моєи подклонити и намилосердиє твоє ȣ фаючи сама себе в милостивȣю ласкȣ ї҆ако найпилней велможиости твоєй ѡтдаюсѧ.

Велможности твоєй на ӥ нижшал раба в' вопекȣ ѡтдаюсѧ недостойнаѧ.

Ștefana Mihailova.

Eu, umila și nefericita văduvă, Ștefanida Mihailovna, rămasă după soțul mieu Ștefan-Vodă al Țării Moldovenești, mă pun supt aripa și supt apărarea Puterniciei Voastre, a domnului domnului meu milostiv. Aducându-mi aminte eu, săraca văduvă, despre binefacerea [ce mi s'a făcut] de curând, care decurge din bunătatea Ta firească, cad cu plânsete la picioarele milei Stăpânirii Tale, cerând mila să fii pentru mine ca acel părinte milostiv, care se descrie în Evanghelie, în capitolul 60, 9, care și-a recunoscut cu dragoste pe fiul său risipitor și umilit, când el erà în sărăcie și obidă, așà cum mă presint eu acuma sub ocrotirea marelui domn. De aceia Tu, părinte, recunoaște-mă ca pe fiul risipitor și mă primește ca pe unul din argații Tăi, arată-mi mila Ta și nu mă lipsì de bunătățile Tale, fiindcă preamilostivul Dumnezeu a binevoit să-l ia pe bunul meu soț, iar mie mi-a dat după moartea lui să îndur lipsuri și nevoie. Acolo, prin amestecul diavolului și răutatea oamenilor, am fost nevoită să las acelor oameni toate lucrurile mele și toată averea și, temându-mă să nu fiu omorîtă, luându-l pe fratele mieu, am fost nevoită să fug supt protecția marelui domnitor, auzind despre evlavia lui și mila față de oameni. Și astfel eu, nădăjduind în mila lui, am venit la Moscova, dar am văzut că norocul mieu s'a schimbat în nenorocire, căci și aici, spre marea mea desnădejde, a venit amarul. Stau ca într'o adevărată temniță și n'am cu ce să mă țin, dacă Tu nu îmi vei deschide lumina și dacă Tu nu-mi vei potolì plânsul lăcrămilor mele; arată-ți mila și schimbă plânsul în bucurie și mă primește ca părintele pe fiul său, binevoiește a-mi da un subsidiu pe an oarecare, iar eu pentru marea milă voiu fi datoare cât voiu trăì să mă rog bunului Dumnezeu pentru

puterea milei domnești, a domnului și binefăcătorului mieu. Și așà mai multe cuvinte nici nu înșir, decât să fiu supt dreapta ta tare, eu, umila roabă a Ta, care n'are unde să-și plece capul: nădăjduind în mila Ta singură, mă încredințez la bunăvoința marii Tale puteri.

Al Puterii Tale cea mai umilă roabă mă încredințez, aceia care nu e vrednică a fi supt ocrotirea ta

Ștefania Mihailovna.

(Traducere de elevele mele basarabene de la Școala de Misionare.)

Din scrisori ale Ștefaniei către Electorul de Saxonia și către ducesă (8 Februar 1668) se vede că «văduva» a condus însăși până la depărtata mănăstire a Cașinului, unde astăzi în zădar se caută mormântul ctitorului, rămășițele aceluia pe care-l numește soțul ei [1]).

III.

Scrisorile lui Nicolae Mavrocordat către Carol al XII-lea și alte personalități din lagărul de exil dela Bender sunt publicate în volumul IX, dese ori citat, din Hurmuzaki, împreună cu atât de bogatele rapoarte ale agentului suedez în Moldova, Briant. Avem acolo și o misivă a lui Dimitrie Cantemir, care discută un proces, judecat după «canoanele creștinătății», în care una din părți e fugarul moldovean Banul (de la care biserica Banului din Iași) (11 Aprile 1711) (pp. 451—452, No. DCXXV). Nicolae-Vodă se ocupă de deosebite împrejurări zilnice, așternând într'o latinească îngrijită, care e a lui însăș, istoria unei lungi încercări pentru mijloacele financiare ale țării încredințate lui. Dl. Karadja adauge câte o știre necunoscută.

Cu următoarele două scrisori se încheie prezintarea acestor noi documente externe privitoare la istoria Românilor.

Bey Bender, den 13 Septemb. 1710.

Serenissime et potentissime rex, domine, domine clementissime,

Clementissimas regias litteras magna cum reverentia exosculatus, maxima animi submissione perlegi, ex quibus cum perceperim parum

1) Iorga, *Studii și documente*, IV, pp. 110—111.

abfuisse quin malevolorum meorum delationibus Potentissimi Regis patrocinio exciderem, animus meus, nullius, nec minimae quidem rei quae Regiae Vestrae Maiestati non placeret sibi conscius, sed penitus innocens, diu attonitus doloreque pene oppressus fuit. Attamen, denuo clementia regia erectus, summo gaudio perfusus sum, cum sub ala regii patrocinii me benignissime receptum gratiisque clementissime locupletatum esse videam, pro quibus dum ad agendas gratias virium mearum tenuitas neutiquam sufficiat, iterum ad obsequia Regiae Vestrae Maiestatis me totum humillime devoveo et Deum omnipotentem oro ut Regiam Vestram Maiestatem quam diutissime incolumem et gloriosam conservet.

Regiae Vestrae Maiestatis Humillimus et obedientissimus servus

Ioannes Nicolaus Maurocordatus p. m.

Iassiis, die 8 7bris 1710.

Praes. Bend., den 8 Decemb. 1711.

Illustrissime et Excellentissime domine, domine amice colendissime,

Quandoquidem divina favente clementia imperatoriaque gratia principatum huius provinciae iterato obtinendo feliciter in Sede eiusdem collocatus sim, hanc occasionem libenter amplexus, amicitiam iamdudum cum Excellentia Vestra contractam (cuius species semper candido meo pectori tam firmiter impressae fuere ut nunquam obliterari poterint), firmissimisque indiciis corroboratam, hisce meis amicissimis renovare propero, simul et semel Excellentiam Vestram obnixe rogando quatenus humillimas meas literas Serenissimae Suae Regiae Maiestatis Sueticae sonantes representare et negocia mea, casu quo evenirent, non minori studio ex innata sua benignitate apud Suam Regiam Maiestatem promovere meamque personam Suae Maiestatis gratiae insinuare dignetur. Quo tam benigno favore in perpetuum me sibi devinciet Excellentia Vestra, utinam esset aliquid in quo declarare possem qua cum promptitudine sim

Illustrissimae Excellentiae Vestrae amicus benevolus

ad officia et obsequia paratissimus

Io Nicolaus Maur. p. m.

Iassiis, 9-na Xbris, anno Domini 1711.

Illustrissimo et Excellentissimo domino, domino Henrico Gustavo, baroni de Müller, Suae Regiae Maiestatis Sueciae aulico cancellario et intimo consiliario, etc., amico colendissimo.

ANEXE

I

Clementissime princeps ac domine, domine mihi clementissime,

Indignitatem meam, Celsissime princeps, ultro fateor quidem, sed necessitas exiliumque quadriennale quo me fortunae novercantis severa detrusit manus urget ut fores clementiae Vestrae Celsitudinis sollicitem ac pulsem. Quanquam autem non dubitem quin Vestra Celsitudo inter seria ac ardua etiam negotia mei sit memor, harum tamen latorem, generosum Iacobum Harsanyium, primarium Aulae meae familiarem, cum plena autoritate ad Vestram Celsitudinem expediendum duxi ut meo nomine possit loqui, agere, ubi et dum necessitas postulaverit. Demisse supplico Vestram Celsitudinem ut, eidem plenam fidem adhibens, memor meae sortis, efficiat apud Sacratissimam Maiestatem ut, dum et quando de communi christianitatis (sive vi armorum) agetur, ne et ipse a clementia eiusdem excludi. Voti enim compos factus, Sacra Sua Maiestas meam fidelitatem integram, Vestra quoque Celsitudo gratitudinem devotam experietur, cui omnigenam felicitatem apprecans, me meaque clementiae eiusdem commendo.

Datum ex Szina, die 16 aprilis 1662.

Vestrae Celsitudinis servus humillimus
Georgius Stephanus, Palatinus Moldaviae.

Celsissimo Sacri Romani Imperii principi ac domino, domino Venceslao a Lobkovits, duci saganensi, Aurei Velleris equiti, gubernatori domus lobkovicsianae, Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis consiliario intimo, generali campi marscalco, necnon incliti Consilii Aulici bellici praesidiario, domine mihi clementissimo.

II

Celsissime princeps ac domine, domine mihi gratiose.

Habita ratione tum sortis meae, quem ex fortunae novercantis dira manu ac iusto Dei iudicio vel fatali quadam necessitate iam per aliquot

annos magno cum damno meo experiri cogor, tum christianae sympatiae, ex qua meis indolescit casibus, mihi indigno clementiae sua favonio Vestra Celsitudo adspirare dignata fuit, ac nunc etiam, praeteritis proxime diebus, dum me in bona moravica Excellentissimi domini comitis a Rotal conferre vellem, post gratiam Sacratissimae Suae Maiestatis de salvo passu mandare voluit, quamobrem, quam vivam, Vestrae Celsitudini gratias agere non desinam, fretus ea spe ne ego etiam a Suae Maiestatis clementia Vostrae Celsitudinis intercessione prae-[te]rita excludar. Dum nempe et quando ac quomodocumque cum Turca negotium agredietur, supplico Vestrae Celsitudini eandem clementiam erga me continuare velle, praesentium exhibitori fidem adhibens: si quae nomine meo proposuerit, habeat audientiam benignam et responsum.

His Vestrae Celsitudini omnigenam precor felicitatem.

Datum Bolesoviae, in Moravia, die 21 iulii, anno 1662.

Celsitudinis Vestrae servus humillimus

Georgius Stephanus, Palatinus Moldaviae.

Celsissimo principi ac domino, domino Venceslao, Sacri Romani Imperii principi a Lobkovits, domus lobkovitsianae gubernatori, etc., actuali intimo ad Consilii bellici praesidi, domino, domino mihi admodum gratioso.

III

Illustrissime et Excellentissime princeps, domine Colendissime,

His brevibus verbis venio supplex Vestram Excellentiam rogatum velit mei patrocinium in hac Aula apud Clementissimum imperatorum cum affectu suscipere. Multi se offerunt a quibus et literas monitorias habui ut huc per postam accederem, prout feci, sed adhuc nullum rei eventum adverto. Iniuste a legitima principatus sede per meos proprios ministros turbatus, ad protectionem caesaream confugi, facilis namque esset sedis ac dominii restitutio, dummodo Caesaris interpositio adesset. Nam Turcarum imperator mihi nec infensus, nec contrarius est, provintia me vocat, incolae et barones optant, vicini principes amicissimi mei, qui et gratularentur. Possem, si vellem, ire, sed cum fundamento ire vellem, ut non ad quemlibet ventorum flatum iterum naufragium

paterer. Qua de re, si Sua Clementissima Caesarea Maiestas christiana pietate dignaretur (casu quo ab utraque parte pax firmaretur) se apud Turcarum imperatorem interponere et mediatione declarare, procul dubio hanc gratiam Cesari Porta Ottomana nunquam denegaret, quia ego contra Portam nunquam arma caepi, sed oboedientiam praestiti, provintiam non destruxi, sed, iniquae fortunae cedendo, cum silentio exivi. Hoc vero negotium felicius ad optatum finem perduci non posset quam protectione et promotione Vestrae Excellentiae et tanquam bellici Consilii praesidentis (ista enim tractatio ad tale Consilium pertinere crederem) et tanquam primarii ministri Caesaris et consiliarii, apud quem pollet multum verbo et opere. Anni praeteriti verba Vestrae Excellentiae mihi sunt in corde sculpta et plus fido et confido post Deum Vestrae Excellentiae, quam multis aliis, qui se promittunt; propterea non recedam a protectione Vestrae Excellentiae, quam supplico velit acceptare erga me. Et, si negotium hoc, Deo permittente, ad votum Vestrae Excellentiae et meum [...], agnoscet Vestra Excellentia et mundus qualem servum habebat et amicum, et vero haec amicitia, facta restitutione in legitimam sedem, sit inter nos certa et firmior. Supplex rogabo Vestram Excellentiam (quod, opto, non vitio vertat), ut possim particulam aliquam devotionis, observantiae et inceptae amicitae erga Vestram Excellentiam declarare, det mihi licentiam qua valeam suo tempore unum donum, ut dicitur, sive unum par chirotecarum aut leve munusculum offerre et exhibere, nempe quindecim millia florenorum, dico: 15.000 fl., pro mea iucunda amicitia et amicitiae memoria conservanda. Interim mea obsequia Vestrae Excellentiae devotissime dedico et iterum supplico dignetur protectionem et promotionem mei suscipere: tantum enim vis non potest nisi opus susceptum ad finem feliciter deducere, quod det Deus.

Vestrae Illustrissimae et Excellentissimae Dominationis

addictissimus servus

Georgius Stephanus, terrarum Moldaviae princeps.

P. S. Casu vero quo erit declaratum bellum inter imperatorem et imperatorem, facilius res curret; imo ad consilium Vestrae Excellentiae omnia devolvectur; quod pro me erit optimum.

[.. . . . . .]

IV

Singularis Vestrae Celsitudinis clementiae quam, tum erga personam, tum res meas semper ostendit, memor devotionis meae, testimonium paucis hisce lineolis volui apud eandem deponere statumque praesentem, tanquam meo patrono gratioso, humiliter exponere. Novit Vestra Celsitudo ego, ut indigena regni Hungariae, ex speciali Sacratissimae Caesareae Regiaeque Maiestatis, domini, domini mei Clementissimi, indultu et gratia, salvo eiusdem Maiestatis passu comitatus, ad Serenissimum Magnum Ducem Moscoviae, annis praeteritis, ut me super praetensionibus meis aequissimis et iustissimis contentaret, iveram. Sed, proh dolor, quo fortuna et hoc saeculo favor hominum inclinat fidesque cum fortuna nutat! Idem expertus in Aula Magni Ducis, qui omnia mea desideria super arctissimo cum eodem contractu ac foedere fundata silentio indigno damnavit nihilque boni vel mali (o pudor!) respondit ad rem. Iteratis supplicationibus super punctis ei oblatis intra 60 circiter dies, quibus Moschua commorabar, responsum sollicitavi, ursi, sed nihil obtinui. Ideoque, re infecta redux, cum Sacra Regia Maiestas Sveciae se etiam praetentiones meas in tractatu pacis cum Moschis aut Russis qui nomine Magni Ducis venturi sunt ad fines Livoniae urgere aeque ac suas promiserit, ad tempora hic, sub protectione eiusdem Maiestatis, cogar subsistere. Deo volente, conabor propius ad Aulam Suae Caesareae Maiestatis ac Vestram Celsitudinem redire. Porro non possum Vestram Celsitudinem celare quam iniuriam patiar indigne et ab hoc indigno Christophoro Marianovits, qui facto aliquo contractu vult res meas quas apud Iudeum Iacobum Franckl pro certa pecuniae summa sub ingressu itineris in Moschoviam Viennae deposueram, contra omne ius arresto damnare. Celsitudo Vestra clementer recordari aut in memoriam revocare poterit quomodo famuli mei prope Viennae annis praeteritis a latronibus spoliati sint, quorum quidam capti ac, cum parte rerum ablatarum reducti, a iudice publico res meas rehabere non potui antequam, in conspectum eius vocatus, unicuique commissariorum aliorumque qui quomodocumque servitio latrones capiendi praetendebantur implicati fuisse, ad ultimum usque quadrantem, praesente praenominato Marianovits, prout et ipsi, satisfacerem. Qui, contentus suo stipendio, dum ego per aliquot menses Viennae commorarer, nunquam me sollicitavit, neque homines meos, quos ibidem semper fere continuos habui, mo-

nuit de aliquo debito. Iam nunc absentem per latus Iudei contra aequitatem fovit. Si quid promissi praestabo, ostendat primo et afferat in medium clenodia restantia, quae novem millia tallerorum valent: libenter partiar cum ipso. Sed, cum nihil adferre possit, idcirco nescio quo iure iniuriam illam ab illo sustinere debeam. Non molestabo Celsitudinem Vestram: hanc rem plenius intelliget ex relatione Generosissimi domini Andreae Neumann, Serenissimi Electoris brandenburgensis consiliarii et residentis. Quapropter oro Vestram Celsitudinem [ut], prout olim, ita quoque personam resque meas protegat.

Stettini, die 9 aprilis, anno 1664.

Vestrae Celsitudinis addictissimus et humillimus servus

Georgius Stephanus, princeps Moldaviae.

Dem Durchlauchtigsten hochgeboren Fürsten und Herrn Wenceslao Francisco Eusebio, Hertzogen zu Sagan, des Röm. Reiches Fürsten und Regierern des Hauses Lobkowitz, gefürsteten Grafen zu Streustein, Herrn zu Gunitz, Giseburg, Boleschau, Unstätt, Rüebuck, Rittern des Goldenen Velleris, Röm. Kays. Mt. Obristen Hoffmeister, geheimen Rat, Cammerer und General Feldmarschaln.

(După originalele în Archivele familiei Lobkowicz, la Rondnice, publicate de J. Macurek în *Prager Presse* pe 1929, numărul « Das Königreich Rumänien ».)



1598.